

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum &
Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum &
delectamentum Studiosae pubis excerpti**

Omeis, Magnus Daniel

Norimbergae, 1699

50. Salomon rex

urn:nbn:de:bsz:31-105410

rat, patrem fugat, concubinas publice stuprat, regnum occupat. Prælio cum paternis ducibus commisso, terga dare compellitur, ramisque quercus cæsarie involutus, & capite adhærens, tribus hastilibus a Joabo percutitur. Corpus ejus in foveam projectum, lapidibus superinjectis tegitur, carensque liberis nullam sui relinquit memoriam, præter colossum a suo nomine dictum, quem sibi vivens ipse in agro erexerat. Cædes ejus nulli hominum fuit acerbior, quam patri Davidi: sed in planctu tristissimo, divinæ cedens justitiæ animo tandem acquiescit.

50. *SALOMON Rex.*

Salomon, Davidis e Bathsabea filius, præceptorem habuit prophetam Nathanem, a quo etiam regni diademate ornatus est. Justus a Deo
pete-

pete-
tiit,
inau-
Tem-
giar-
mun-
ficav-
stant-
ratio-
tre i-
pen-
colu-
adiu-
tate-
nes
rum
sper-
Nam
tias,
eoden-
stetit,
locis,

petere, quæ vellet, sapientiam petiit, Deo ipsi dante & sapientiam inauditam, & divitias immensas. Templum Domini sumtuosè, regiam magnifice exstruxit: urbes munivit, fecit horrea, classem ædificavit. Satellite aureos clypeos gestante usus est. Nominis sui veneratione atque terrore, finitimos a patre non subactos ad tributa coëgenda. Eum propter virtutem coluit Rex Tyri: propter sapientiam adiit Arabia Regina: propter felicitatem admirati sunt omnes nationes & populi. Mulierum externarum amoribus insanis correptus, aspersit maculam existimationi suæ. Nam ab illis occæcatus per blanditias, deos gentiles adoravit, & in eodem monte, quo Dei templum stetit, Astratæ fanum posuit, ut aliis locis, diis aliis; quibus scandala in
popu-

populo Dei horrenda sunt excitata.
 Regnavit annos quadraginta, sum-
 ma gloria & felicitate, mortuus ata-
 tis secundo & quinquagesimo. Re-
 liquit doctrinae & scientiae suae mo-
 numenta insignia. Christus praer-
 fert omnibus ornamentis Salomo-
 nis, flosculorum in agro pul-
 critudinem.

